



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Vincentius Caun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Ioannes Baptista Zola.

Ibidem fidei retinentissimus, illam obitâ in flammis morte testatus est, postquam per septem menses vixit in carcere erumoso, incredibili (in causa tã nobili) moriendi desiderio flagrans: idcirco & schedas P. Spinolæ, & P. Nauarri secum gestabat semper, in quibus illi pollicebantur id se ei à Deo flagituros. Fuit eius gloriæ socius

Italus

ibid.

Soc. 33.

Vincentius Caun.

Is disertis verbis ad Christi fidem deserendam inuitatus, cum id execraretur, nudus in frigore extensus est; constrictæ illi forcipibus nares, & manuum pedumq; articuli; supinus aquâ impletus, stomacho crebrius verberato, & sanguinem reiectâ
te.

Fides 3

te. Cùm iterùm, ac sæpiùs ad perfidiam vrgeretur, eamque detestaretur, per ipsos 14. dies frigore ac inediâ vexatus est. Admirantibus constantiam, & hilaritatẽ omnibus, aiebat nõ suis se viribus pugnare: innumerabiles se Dei misericordias experiri.

*Hispanus**ibid.*

20. Iunij.

1626.

stat. 63.

Soc. 47.

P. Baltasar Torres, & Michael Tozo.

Fides .

Cùm in arcto apud Omurense carcere teneretur, custodes illorum tranquillitatẽ admirati, petierunt legem illam audire quæ tanta in suis possit. Fecere id abundè socij: & custodum vnus baptismo iustratus; reliquis legem tam potentem laudantibus, optantibus, lacrimantibus; sed dicentibus, pro baptismo expectanda esse tempora molliora.

Om-